Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26123
Copyright: Admont, Benediktinerstift



43

dicens· Cum sol autē occidisset· omēs qui habebant ēfirmos
uarios languoribus· ducebant illos ad eum· At ille singulis
manus imponens· curabat eos· Exiebant etiam demonia
a multis clamantia· & dicentia· quia tues filius dei· Et in
crepans non sinebat ea loqui· quia sciebant ipsum ēē xpm·
Et acta autē die egressus ibat in desertum locum· Et hic uidem
eundem prorsus ordinem temporis custoditum quē cōpim
apud marcum· Matheus autem quiuiderur non ordine
quo gestum ē· si quod preter missu recolit· hoc de socru
petri cōmemorasse· postea quā narrauit qd ipso die facto
etiam uespe gestū sit· iam non subiungit diluculo· si ita
narrat· Videns autē ihc turbas multas circum se· iussit
ire transfretum· Iam hoc aliud est· non illud qd marcus
& lucas contexuit· qui p uespū diluculum ponunt·
Q uod & hic dictum est· uidens autē ihc turbas multas cir
cum se· iussit ire transfretum· aliud eū recordatū inter
posuisse debem accipe· quod die quadam cū uidisset ihc
turbas multas circum se· iussisset ire transfretum· Deinde
quod subiungit· & accedens unus scriba ait illi· magister
sequar te quocumq; ieris· usq: ad illud ubiait· dimitte
mortuos sepelire mortuos suos· hoc similiter narrat &
lucas· si ille p plura· nec ipse sane expresso ordine tempo·
si recordamur modo· utrū qd prius omisit an quod posterius
etiam factum quam sunt ea quę sequuntur preoccupauit·
incertū est· Ita enim dicit· factū ē autē ambulantibus illis
in uia· dixit quidam ad illum· Sequar te quocumq; ieris·
Et respondit prorsus eadē quę matheus cōmemorat· Q uod
autē matheus dicit tē istud gestum ēē quando iussit ut
irent transfretum· lucas ū ambulantib in uia ñē ēnarū·